

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

65. An quid teneatur, verum qui dicendo occultum crimen alicujus  
propalavit, illum infamando, & quomodo debeat restituere famam illius? Et  
si infamator non possit famam restituere, an teneatur famam ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

aliis notum fecerint? Ex part. 3. tract. 5. & Misc. 1.  
Ref. 34.

**S. I.** Afirmatiue respondent aliqui. Sed Philippus Faber de rest. in 4 sent. disp. 15. qu. 3. diff. 35. c. 1. n. 37. contrarium docet, sic enim afferit. Dubitant alij, an sufficiat retractare impositionem criminis coram his tantum, apud quos ille diffamauit, an etiam apud alios, quibus illi adiungentes retulerunt? Aliqui afferunt, sed hac opinio est irrationabilis. Cum enim verba ex ore prolatas in infinitum crescent, est impossibile diffamatores posse se retractare apud omnes, ad quos talis diffamatio perueniet. Proinde Alensis innuit sufficere, ut se retractet coram iis, apud quos ipse detraxit. Ita Faber; & ratio etiam potest esse, quia posterior infamia fortius quasi sequitur, & ex propria malitia audientium, qui proinde utique tenentur ad restitutionem. Sicut qui indirecte scandalum præbet, non contrahit specialem illam malitiam, cui per accidentem causam dedit.

2. Sed ego sine metu, hanc sententiam amplectendam esse putio, in casu quo, ut ait Villalobos in summa 10. 2. r. 1. diff. 37. n. 1. [el peccado del proximo se defubrio a un hombre de confanza de quien se entendiera, que de ninguna manera lo dixerat a nadie y el lo dixo, con ese solo se aura de hazer la diligencia para la restitution y esse con los demás.] Ita ille, sed circa presentem questionem vide Tamerum in 2. 2. D. Thom. disp. 4. qu. 6. dub. 6. n. 147. & alios penes ipsos.

#### R E S O L . L X V .

Ad quid teneatur, qui verum dicendo occultum crimen aliquius propagauit, illum infamans, & quomodo debet restituere famam illius?

Et si infamator non possit famam restituere, an teneatur famam pecunia compensare?

Et an infamatus possit sibi ipse satisfacere ex debito pecuniario infamatoris, si is alia ratione satisfacere non posse?

Et in textu huius Resolutionis alios quinque casus decisos invenies sapientis contingentes in prædicta pro restituenda, vel non restituenda fama. Ex p. 3. tract. 5. & Misc. 1. Ref. 30.

**Sup. contenc.** **S. I.** Q Via in prædicto pœnitentes difficulter famam restituunt, probabilis mihi videtur opinio in ref. 34. q. 5. Caiet. in 2. 2. q. 72. art. 2. & Sotii de iust. lib. 4. q. 5. art. 3. penit. & vlt. ad 4. quam afferit, & approbat Villalobos in summa, 1. 2. r. 1. 1. diff. 37. n. 4. vbi sic afferit.] Otto modo ay mas visado entre los Doctores, y ponelo Caietano, Soto, Nauarro, y otros, y es que el infamo defubriendo peccato secreto no habla mas del, sino que procure tomar occasio de tratar del diffamado con las personas, certas de lasquales le infamo, y hable del honorificamente, y trate familiarmente al diffamado en algun caso, que con esse honorasi el es honrado.] Ita ille. Et hic modus suavis est, & illum facile pœnitentes obseruantur; secus autem afferendo se perperam loquitos, vel iniurias fecisse, vel fuisse deceptos, vel quod aliqui volunt, se falso dixisse, vel fuisse mentitos. Ergo ad nihil aliud teneatur diffamator, quam laudare eum, quem prius diffamauerat, nec amplius de illa re coram illis, apud quos etiam diffamauit loqui. Et hum. modum restituendi famam approbant etiam Tannerus in 2. 2. D. Thom. disp. 4. q. 6. dub. 4. n. 143. Valentia 1. 3. diff. 5. qu. 1. penit. 5. & 9. 17. penit. 2. Lessius lib. 2. c. 11. dub. 10. Aragon. in 2. 2. q. 62. art. 2. Faustus in speculo conf. diff. 2. 1. q. 7. 4. n. 6. quidquid in contrarium afferat Laym. in Theol. mor. lib. 2. sect. 5. 1. 3. part. 2. c. 7. n. 2. Nauarra lib. 2. c. 4.

n. 370. Faber de rest. in 4 sent. disp. 15. q. 3. diff. 33. n. 6. n. 46. Sylvius in 2. 2. D. Thom. qu. 62. art. 2. queritur 21. Filluciuss tom. 2. art. 3. c. 10. n. 246.

2. Notandum est tamen primò, quod si infamatio, non possit famam restituere, non teneatur famam pecunia compensare. Ita Layman in Theol. mor. lib. 1. q. 2. tract. 3. part. 2. cap. 7. n. 3. Filluciuss tom. 2. art. 3. cap. 10. n. 239. Turrianus in 2. 2. tom. 2. disp. 53. dub. 7. n. 2. Faber de rest. in 4 sent. disp. 15. q. 3. diff. 53. cap. 4. n. 122. Malederus in 2. 2. tract. 7. c. 7. dub. 8. Nauarrus cap. 17. n. 19. Nauarez in 2. 2. q. 62. art. 2. Syluester ver. de dñs. 9. 4. Nauarra lib. 2. cap. 4. n. 416. Lessius lib. 2. c. 11. dub. 11. & alij. Sed quia contraria sententia est probabili, quoniam tenet Villalobos in summa tom. 1. art. 11. diff. 10. n. 3. Sotus de iust. lib. 4. q. 6. art. 3. ad 4. Aragon. in 2. 2. q. 62. art. 2. Valencia 1. 3. diff. 5. q. 6. penit. 5. Couar. lib. 1. cap. 6. c. 2. n. 8. Molina tract. 4. disp. 4. 5. m. 2. Sa. ver. infamia. 7. Sylvius in 2. 2. D. Thom. q. 62. art. 2. queritur 22. post Rebellen. Sotum, Richardson, Adriani, Caeterium, & alios; cum, inquam, haec opinio sit probabili, puto cum Ioan. de la Cruz in direct. parti. 1. prece. 7. art. 1. dub. 6. concil. 2. Tamerum in 2. 2. D. Thom. disp. 4. q. 6. dub. 6. num. 1. o. qui citat Lessius, & Aragonum, posse infirmatum sibi ipsi satisfacere ex debito pecuniam infamantis, si es alia ratione satisfacere nolit, aut non pos. Reddit, quod est valde notandum, quidquid in contradictione Malderus in 2. 2. D. Thom. r. 7. c. 1. dub. 14. licet, ut dixi, contraria opinio sit etiam probabili, nempe non debere famam pecunia compensari, quando alter compensari nequeat.

3. Notandum est secundò contra Turrianum in 2. 2. 2. D. Thom. tom. 2. disp. 53. dub. 5. n. 7. Tannetur in 2. 2. nro. 1. diff. 4. q. 6. dub. 6. n. 155. & alios, qui se mundi infamia teneunt, posse uti compensatione, dummodo infamia non sit inæqualis, & non oritur scandalum, vel si vnu vel aliter famam reddere: tunc enim etiam alter teneatur ipsi restituere, & tandem compensatio non possit fieri reddendo maledictum pro maledicto. Exceptis igitur his casibus admittenda est contra prefatos DD. compensatio fama, & ea docent Sylvius in 2. 2. D. Thom. q. 62. art. 2. queritur 20. Malderus in 2. 2. nro. 1. dub. 14. & alij penes ipsos.

4. Notandum est tertio secundum opinionem Fabri de rest. in 4 sent. disp. 15. q. 3. diff. 1. 3. cap. 2. num. 6. q. 1. quod etiam quando reus est accusatus, & interrogatus iuridice de crimen vero, & negat, non teneatur ad restitutionem famæ; quod est valde notandum contra Caietanum in 2. 2. q. 68. art. 2. Sotum de iust. lib. 4. q. 6. art. 3. ad 4. Azorium tom. 1. lib. 5. c. 9. q. 8. Molinan 14. 4. diff. 43. & alios.

5. Notandum est quartò, quod non ad obligatio restituendi famam; quando detracio effecta est cum verbis generalibus videlicet aliquem esse mendacem, ambitiosum, &c. nisi ratione dignitatis personæ, ut si de Pratalo, aut Religioso ex grauioribus talia dicta essent; quamvis Filluciuss 1. 2. r. 12. c. 9. n. 229. note. Sylvestrus & Nauarrus vniuersaliter efftere detractionem, vt obliget ad restitutionem, debere esse de peccatis mortalibus.

6. Notandum est quintò, quod licet Sotus de iust. lib. 4. qu. 6. art. 3. ad 4. Couar. in regul. Peccatum. par. 1. num. 76. & Rebellen lib. 4. q. 1. 3. dixerint vitam alienis plebejorum reputari posse viliorum fama aliquius nobilis, & quod calumplebeium debere reparare nobilis famam cum periculo propriæ vite; tamen contraria sententiam in tali casu teneandam esse existimo; vide Caietanum in 2. 2. q. 62. art. 6. Sylvestrum 2. er. detrac. 4. 4. Nauarrum, & Nauaram, quos citat, & sequuntur Tannerus in 2. 2. disp. 4. q. 6. dub. 6. num. 145. Malederus in 2. 2. tractat. 7. cap. 2. dub. 9. & cum alij penes ipsos, bona inferioris ordinis non sunt restituenda cum detrimento boni superioris ordinis. Sed vita est bonum superioris

superioris ordinis, quam fama. Ergo, &c. Et hoc etiam procedit, etiam si infamia esset maxima, utpote de ha-  
refi, de criminis lese maiestatis, &c. vt notat Faber de  
ref. in 4. ferr. disp. 15. q. 3. disp. 5. c. 4. n. 121. vide etiam  
Ioannem de la Cruz in dis. 1. p. 4. q. 1. art. 6. dub. 6.  
Sup. his se-  
concl. i. Ex his adulteri etiam infamia fortis, & nopta  
quoniam in viro nobilis, cui supponit filium alterius pro succe-  
sori. 2. tr. 6. sione maioratus, omisso filii legitimis, nonne prodat  
ius restitutio. Ref. 124. à  
etsi sciat profuturum, nec tenetur adulteri, hoc reue-  
que ad s. late filii spurio, nec filius teneatur credere, tenebitur  
Hinc, & in tamena adulteria in tali casu, si potest, ex infamia faisa-  
alis eius  
not. 1. & 2.  
Sed legem ac  
per totam, &  
in 10. 6. tr. 8.  
Iuge ex Ref.  
doctrinam s.  
vlt. & alte-  
rius eiusnot.

## RESOL. LXVI.

An si quis infamaret aliquem, de fureo, qui postea fur-  
invenitur esse, teneatur ad restitutio. Et an non sit peccatum saltē mortale publicare aliquid  
crimen minus illius, qui de gravioribus criminibus est  
infamis, & infamis?  
Et notatur multas esse causas excusantes à restitutio-  
fame.  
Et pro præci nonem causa in corpore huīus Resolutionis  
proponuntur.  
Et tandem docetur, nullum esse faciliorem modum resti-  
tuendi famam proper peccatum occultum propagan-  
tum posse inueniri, quam laudando illum, quem prius  
infamauerat. Ex part. 11. tr. 6. & Misc. 6. Ref. 5. 6.

**S. I.** Affirmatiū responderet Pontius in cur. Theol.  
disp. 5. 24. 8. concl. 3. n. 48 vbi sic ait: Multa  
liberant à restitutio pro infamia, si postea in eadem  
materia infamatus perdidit famam, vt si falso impos-  
tes, quod furatus fuerit, & postea confest, quod ipse sit  
fur. De quo tamen valde dubito, quia magis infame  
est, quod aliquis sapient furatus fuerit, quam quod se-  
mel tantum ergo, si quis falso dixit, quod semel furatus  
fuerit; quanius confest quod postea furatus fuerit,  
non tollitur obligatio restituendi famam perditam  
ratione falsa impositio prioris furii. Ita ille.

2. Tu cogita, nam circa hanc sententiam habeo  
magnum difficultatem, nam Doctores communiter  
affirunt, quod si quis, v.g. infamaret aliquem de deli-  
cto non vero, si de eodem delicto ex alio capite labo-  
raret adhuc infamia, excusari à restitutio fame, ergo  
& in casu nostro.

3. Verum, quicquid si de sententia Pontij, sciendum  
est, quod Sylvest. verb. de ratiō. 9. 1. & Paludanus in 4.  
disp. 19. q. 4 dicunt non est peccatum saltē mortale  
publicare aliquid crimen minus illius, qui de gravio-  
ribus criminibus est infamis, vt v.g. de illo, qui infamis  
est de homicidio & furio, putat non esse peccatum  
mortale dicere quod fuerit fornicatus. Hoc tamen non  
est simpliciter admittendum, quando minus connexio-  
nem non haber cum aliis majoribus, scilicet fornicatio  
non haber cum homicidio, aut furto: idque proper  
rationes iam allegatas. In certo tamē casu posset lo-  
cum habere, vt si quis de tam multis, & variis criminib-  
us gravioribus sit infamatus vt pauci habeatur talis,  
qui nullum scelus tempore, & loco verecundatus fu-  
lisset, perpetrat, quia huiusmodi persona totaliter, &  
quasi per omnem virtutis materiam amisit famam  
suam, vnde ex relati aliqui inferioris criminis non  
confest eius infamia notabiliter angerisimo vix augeri.  
Et ita docet Ioannes Vvigers de inf. tr. 4. c. 1. dub. 6.  
n. 2. cum Gaspare Hurtado vbi supra.

4. Notandum est hic obiter, multas causas excusa-  
re à restitutio fame. Excusat Primo iusta condona-  
tio facta ab eo, cuius infamia non redundat in alios.  
vñique.

5. Secundū, iusta compensatio, vt si ab eo, quem in-  
famasti pari modo sis infamatus.

Sup. hoc fe-

cundo, in ref.

præterita s.

6. Tertiū, si fama sit alia ratione recuperata.  
7. Quartū, si infamia prudenter existimat abfuisse  
in obliuionem, tunc enim non teneris, siue falso im-  
postoris, siue verum.

Norandum

et secunda

&amp; in alio s.

eius auctor.

8. Quintū, si etimē occultum, quod aliquibus dixi-  
sti, alia via & ratione fiat publicum, tunc enim amisit  
ius restitutio. Lefsius l. 2. c. 1. P. dnb. 26 & Nauarr. l. 24  
c. 4. n. 9. 98. Nam si te vera factum est publicum, nihil  
prodierit retractatio. Secus autem si non sit publicum,  
nam fieri potest, vt illius exemplo alii retractentur.  
Hoc tamen certum existimo cum Nauarr. pro medio  
tempore antequam fieret publicum non teneri resti-  
tuerit famam, bene dama eo tempore sequata.

9. Sextū, si restitutio sit impossibilis.  
10. Septimū, si non possit fieri sine amissione famae,  
quæ sit longe majoris momenti, vt si Prelatus, vel vir in Ref. 6. 9.  
illustris infamans plebejum.

Sup. hoc seq.

timo supra

vit.

11. Octauū, si bona fide persuasus esse verum & pu-  
blicum, narrasti, nec possis sine damno tua fama re-  
stituire.

12. Nondū, si te vera nulla fuit infamia sequuta, eo  
quod infamator esset nullius fidei, quod sēpē accidit  
vel quia illi apud quos infamatur, scribant similia, ita-  
ve infamia non sit notabiliter aucta. Hac autem omni  
remissiū inuenies apud Trollech in decal. 1. 2. l.  
7. c. 10. dub. 10. quæ tamen latē ante in aliis dubiis  
retractauerat.

13. Aduertant tamen hic Confessarij faciliorem mo-  
dum restituendi famam proper peccatum occultum seq. in Ref.  
propalatum non posse inueniri, quam laudando illum præterita s.  
quem prius infamauerat. Et ita ex Caietano, & Soto,  
docet Amicus 1. 5. disp. 1. c. 1. n. 145. quoniam ex una  
parte talis modus efficax est ad famam restituendam,  
maximè apud prudentes, & ex alia parte modus per  
retractationem est periculofus, ne infamator menda-  
cium committat, vel ex conscientia erronea, vel non  
recte vtendo verbis verum sensum habentibus. Ca-  
terum monet loco citato Caietanus etiam hunc modum  
caute esse adhibendum, ne auditores in sua op-  
inione magis conseruentur. Vnde non de fictis, sed ve-  
ris virtutibus laudandus est, eoque tempore, loco, &  
modo, que prudentes auditores suspiciati non possint,  
quod id fiat ad laudati famam restituendam. Debet au-  
tem tandem publice coram iis, coram quibus fuit infam-  
atus, laudari, eiusque occultæ virtutes depromi,  
quamdiu eius laudatio prudentis arbitrio censetur  
sufficiens ad obficiatam ipsum famam illustrandam.

14. Et hanc sententiam admittit etiam Sylvius loc.  
cit. 9. 24. & docet nouissime Ioannes de Soria de erilo-  
go summarum p. 2. m. 2. seq. 3. disp. 1. 8. circa restitutio. n.  
famæ vbi sic ait: Qui verum alterius crimen propalauit,  
ad nihil aliud teneatur, quam laudare eum, quem primus  
infamauerat, nec amplius de illa te loqui eorum illis  
apud quos eum diffamauit. Ita ille, & hunc modum  
restituendi famam etiam approbat Ioannes Pontius  
vbi sup. a concl. 2. p. 4. Hurtadus de iust. disp. 12. difficile.  
18. cum aliis. Notent hoc Confessarij, quia, vt dixi, nul-  
lum faciliter modum, ac minus onerosum pro peccati  
tentibus inuenient ad famam ablataam restituendam,  
ego scio quam difficiliter peccantes famam resti-  
tuant, & in quantis tricis se involuant, quando aliis  
modis volunt famam restituere.

## RESOL. LXVII.

An si peccatum mortale saltē contracharitatem deie-  
dere peccatum mortuum factum vel iuris in alio loco vbi  
ignorabatur, & in quem facile eius fama non erat  
peruenire? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 17.

Q. 4. S. 1. Multum